




★ Shelf No
2110.26





Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
Boston Public Library

COMMENTARII

NOTARVM TIRONIANARVM

CVM

PROLEGOMENIS ADNOTATIONIBVS CRITICIS ET EXEGETICIS
NOTARVMQVE INDICE ALPHABETICO

EDIDIT

PUBLISHED BY
G. G. G.
G. G. G.

GVILELMVS SCHMITZ



LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCLXXXIII

ὡς εἰ περὸν ἢ νόημα.

τὸ ζητούμενον ἄλωτόν.

εἰς ἀνήθ' οὐ πάνθ' ὄρα.

ἐπαινεῖν τε χροῖ καὶ συναινεῖν ἀφθόνως, εἴ τι ὀρθῶς λέγοιτο, ἐξετάζειν δὲ καὶ διευθύνειν, εἴ τι μὴ φαίνοιτο ὀρθῶς ἀναγεγραμμένον.

D · M

FRIDERICO · RITSCHelio

PRAECEPTORI · INCOMPARABILI

HORVM · QVOQVE · STVDIORVM · AVCTORI · SVASORI · FAVTORI

ALVMNI · PIENTISSVMI

VENERATIO

SACRVM · ESSE · VOLT

COMPENDIORVM EXPLICATIO

- | | | |
|----|------------------------|--|
| 1 | <i>K</i> | Cassellanus |
| | <i>Kgl</i> | Cassellani glossae |
| 2 | <i>A</i> | Argentoratensis sive Pistorianus Gruteri |
| 3 | <i>Ge</i> | Genavensis |
| 4 | <i>Go</i> | Gotvicensis |
| 5 | <i>Gu</i> | Guelferbytanus |
| 6 | <i>A¹</i> | Parisiensis 190 |
| | <i>A¹gl</i> | Parisiensis 190 glossae |
| 7 | <i>C</i> | Parisiensis 7493 |
| 8 | <i>E</i> | Parisiensis 8777 |
| 9 | <i>F</i> | Parisiensis 8778 |
| 10 | <i>GG'</i> | Parisiensis 8779 |
| | <i>Ggl</i> | Parisiensis 8779 glossae |
| 11 | <i>H</i> | Parisiensis 8780 |
| 12 | <i>L¹</i> | Leidensis Vossianus O 94 |
| 13 | <i>L²</i> | Leidensis Vossianus Q 93 |
| 14 | <i>Lo</i> | Londinensis |
| 15 | <i>V</i> | Vaticanus 3799 |
| | <i>Vgl</i> | Vaticani 3799 glossae |
| 16 | <i>Gr</i> | Gruteri editio a. 1603; <i>Gr²</i> Gruteri editio a. 1707 |
| 17 | <i>B</i> | Quaternio Bernensis codicis 358 |
| 18 | <i>Brfr</i> | Bruxellense fragmentum |
| 19 | <i>Gufr</i> | Guelferbytanum fragmentum |
| 20 | <i>Vu</i> | Vulcanii fragmentum |
| 21 | <i>Ko</i> | Koppii Palaeographia critica |
| 22 | <i>NB</i> | Notae Bernenses |
| 23 | <i>Ps. Gu</i> | Das tironische Psalterium der Wolfenbütteler Bibliothek, ed. Osc. Lehmann, Lpz. 1885. |
| 24 | <i>Beitr.</i> | Beiträge zur lat. Sprach- und Literaturkunde, Leipzig 1877. |
| 25 | <i>Festschr.</i> | Festschrift zur Begrüssung der 34. Versammlung deutscher Philologen und Schulmänner zu Trier. Bonn 1879. |
-

I.

DE CODICIBVS COMMENTARIORVM NOTARVM TIRONIANARVM.

CODICES quibus Commentarii notarum tironianarum aut integri aut ex parte continentur hi sunt:

1. Cassellanus (*K*) saec. IX, omnium antiquissimus atque optimus. Descripserunt eum Koppius, Palaeograph. crit. I § 330 p. 294 sqq., Sickelius in libro *Sitzungsberichte der phil.-hist. Cl. der Wiener Acad. der Wiss.*, tom. 38 (1861) p. 6 sqq., ego in libro a me composito *Beiträge zur lateinischen Sprach- und Literaturkunde* (1877) p. 182; nuper eum commemoravit Karolus Zangemeister in *Novis Annalibus Heidelbergensibus*, II (1892) p. 2. Acta agere nolens in his descriptionibus codicis olim Fuldensis subsisto lectorisque ad ll. ll. remitto. Hunc igitur codicem in adornanda hac Commentariorum editione pro fundamento ieci, omniumque omnino codicum notas a *K* codicis prima manu non exhibitas ac notarum figuras diversas in inferiorem tabularum a me compositarum partem reieci, lectionis vero discrepantiam in Adnotationibus criticis et exegeticis apposui.

2. Argentoratensis sive Pistorianus Gruteri (*A*) saec. IX, de quo egit Gruterus edit. I notarum Tyronis ac Senecae (1603) p. 201 sqq., Koppius I § 338 p. 300, ego in *Beitr.* p. 231. 252 sqq.

3. Genavensis lat. 85 (*Ge*) saec. IX; v. Uhlemanni commentationem in *Literatur-Blatt. Beilage zum Correspondenzblatt des Königl. stenographischen Instituts zu Dresden* (1878) No. 1; *Beitr.* p. 255; Zangemeister l. l. p. 4. De descriptionibus quibusdam vel explanationibus notarum in *Ge* obviis v. infra sub no. 17.

4. Gotvicensis (*Go*) saec. IX; cf. Sickelius l. l. p. 3 sqq. *Beitr.* p. †82. 191; Zangemeister l. l. p. 3. Insunt *Go* notae tab. 1, 1 — 102, 61 (*AB* — *Ex[ca]ndescit*).

5. Guelferbytanus (*Gu*), inter Aug. 9. 8 saec. IX; collectio integra est: cf. *Beitr.* p. 187. 199; Zangemeister l. l. p. 4. Tantum dico: *Gu* nequit esse apographum codicis *Go*: *Gu* enim multis locis plures exhibet notas.

6. Parisiensis 190 (*A*¹), saec. IX. Insunt:

- a) fol. 1^a — 8^b (*PRAETEXTA* — *Re[scat]*) = tab. 97, 3 — 104, 6 (IV);
- b) fol. 9^a — 24^b (*PVTEOLIS* — *Lancr*) = tab. 83, 72 — 97, 2 (III);
- c) fol. 25^a — 40^b (*Acquinoctium* — *Pernicitas*) = tab. 69, 4 — 83, 71 (II);
- d) fol. 41^a — 42^b (*Caesareum* — *Tennis*) = tab. 38, 74 — 40, 61 (I).

Per appositos numeros Romanos et hic et infra rectum indicavi foliorum ordinem: cf. Koppii l. § 339 p. 301; *Beitr.* p. 241.

7. Parisiensis 7493 (*C*) saec. X init.; Collectio fere integra est rectusque foliorum ordo servatus. nisi quod post fol. 129 unum folium continens 134 notas tab. 53, 15 — 54, 99 (*pestilens* — *substraturium*) excidit et folia 128. 129, exhibentia notas tab. 49, 43 — 53, 15 (*aiunt* — *pestis*), post folium 130 inserenda sunt; v. *Beitr.* p. 242.

8. Parisiensis 8777 (*E*), saec. X. Insunt:

- a) fol. 1^a — 39^b (<<*AB*>> — *Adhcret*) = tab. 1, 1 — 51, 12 (I); desunt tab. 51, 13 — 22;
- b) fol. 40^a — 47^b (*Siricum* — *concinuit*) = tab. 98, 46 — 107, 43 (III);
- c) fol. 48^a — 87^b (*SVBTILIS* — *Multicuum*) = tab. 51, 23 — 98, 45 (II);
- d) fol. 88^a — 95^b (*concentus* — *Liuius*) = tab. 107, 45 — 116, 94 (IV);
- e) fol. 96^a (*Herodiadis* — *Dñs ñst ñs xp̄s*) = tab. 119, 27 — 70 (V);
- f) fol. 96^b — 98 (*Adam* — *EXPLICIUNT* — *MILIA*) = tab. 125. 126 (VI).

cf. Ko I § 340 p. 302; *Beitr.* p. 243. Fuit olim, ut videtur, monasterii Corbiensis. v. Delisle, *Cabinet des mss. de la Bibl. nat. II* (1874) (p. 135: "... un recueil des notes tironiennes (ms. latin 8777), dont l'origine est constatée par la note tracée à la fin d'un autre exemplaire du même recueil (ms. latin 8779). Cette note, à moitié effacée, est ainsi conçue: „Vet[us]. ex[emplar] Cl. Puteani (?) v. e. ex biblioth[eca] Corb[eiensi]. nullam habet praefationem, sed scribitur ad finem (?): EXPLICIUNT NOTAE SENECAE NUMERO QUINQUE MILIA; finit vero PLATEOLA.“ L'auteur de cette note (peut-être Pierre Pithou) avait certainement en

vue le ms. 8777, qui a appartenu à Cl. Dupuy, qui est dépourvu de préface et se termine par le mot PLATEOLA, suivi du titre EXPLICIUNT NOTÆ SENECAE NUMERO QUINQUE MILIA. J'en ai conclu que le ms. 8777 vient de Corbie.

9. Parisiensis 8778 (F) saec. X. Continet fol. 1^a — 93 (quosdam — platiola; Zachæus — Agar) = tab. 9, 44 — 120, 78 et tab. 127; v. Ko I § 341 p. 303; Beitr. p. 244.

10. Parisiensis 8779 (GG¹) saec. IX—X. Insunt:

fol. 1—4

I. *INCIPIT DE WLGARIBUS NOTIS PROLOGUS QUOMODO PRIUS INUENTE SUNT*

Uulgares Notas Ennius primus mille et centum inuenit; notarum usus erat repertus, ut quicquid pro contentione aut in iudiciis diceretur librarii scriberent conplures simul adstantes diuisis inter se partibus quod quisque uerba et quo ordine reciperet. Romae primus Tullius tyro Ciceronis libertus commentatus est notas, sed tantum praepositionum, post eum tertius uipersamnius philargius et aquila libertus mecenatis alius alias addiderunt. Deinde Seneca contractoque et aucto numero opus efficit in quinque milia. Notae autem dictae eo quod uerba uel syllabas praefixis karacteribus notent, ut ad notitiam legentium reuocent. Quas qui didicerint proprie iam notarii appellantur. Explicet Prologus de Wlgaribus Notis.

II. *INCIPIT PROLOGVS DE NOTIS SENICIS ET QVALITER BEATISSIMVS GREGORIVS PAPA DICTATOS SVOS PER NOTARIORVM SCEDVLAE RECITARE CONSVEVERAT SEV ET QVOD TEMPORIBVS DAVID REGIS NOTARII FVISSE DESCRIBVNTVR, SED ET POSTEA QVOD BARVCH DISCIPVLVM HIEREMLÆ PROPHEAE NOTARIVM FVISSE ASSERVNT.*

Hic quoque flagrantius odorem suauitatis demonstrat. hic flores et magnis auctoribus exagitat. O quam mira est profunditas eloquiorum Dei. quam mira dispensatio summi dei filii. libet mihi et huic intendere, uolo si possum et referre aliquid adiuuante dño. Igitur namque in quantum sibimet iam crebrius responsione uera et assidue interrogationis quae fit plerumque legenti generarent ex satietate fastidium. ego quidem dimisso capite meo pudore prohibeo. Quid igitur condempno in quibus puer lusus aliquid ex parte bene agnosco, aliquid nescio. Hoc enim per noua uestigia rursus ingredior, emendare uolui, si potuissem, hoc etiam apices litterarum. infans eram necdum stilo ferreo in articulis meis non eram usus ad sua utilitate commoveri. Titubat manus, tremunt articuli. meo nunc nomine ea quae sponderam lingua mea crebrius ingerente ab ea quae ad utilitatem pertinet de hac arte agnosco qualis sit eius affectus. hoc ea quae sponderam opus uarieturum aduixa syllaba ut ordine ipso magis clarent et quasi per species et sub nomine tullij lectione hac designo. Libet opifices uniuscuiusque claritatem conatus nectere. Adhuc me in prolixitate seriem consonantem, adhuc crebrius ingerentem. coepi memetipsum multo sudore perstringere. Sed cum sciente adhuc me in profundis pelagi fluctibus mergi. Ipso adiuuante ubi manet pietas uentoque uelocissimo gubernatore quae digestum usque ad portum perduxit. Iamque iter coepi aliorum uestigia sequi. hoc signum magnum laudis creatori. quod suo populo magnum dedit auctorem. Bona quoque memoria Gregorius Papa dictatos suos semper per notariorum scedolae recitare consuevit. Unde satis miror. ó uos turnacenses qui dicitis quod prius in ipso loco fuisse notas compositas. quomodo potest hoc esse. Nonne a temporibus dauid iam tunc temporis notarij fuisse describuntur. Et postea quando hieremiam Prophetam retrusum fuisse legimus in domum carceris a sedechia rege Iuda. Ibiq̄ reperitur in ipsius uolumine quod baruch discipulus eius ex ore ipsius prophetae hieremiae per notariorum scedole multa excepit et ideo notarius fuisse a plurimis asseritur. Unde obsecro uos ut non contra me insanire uideamini. sed auctoritate noui ac ueteris testamenti obseruate. Unde ergo multi sunt qui incipiunt et uolunt discere notas sed paucorum est gratia conferta. Videtur etenim mihi ars ista similitudinem tenere salicis iuxta aquas positam ut quomodo rami eius omni fructu siluarum conligare atque constringere possunt. Ita etiam ars ista omnem auctoritatem noui ac ueteris testamenti siue orthodoxorum patrum omnemque erudimentum fidei uelocissimae ualde excipere potest. Nos quoque patere morsibus prauorum et simulantia atque inuidia et luore quod consentire non uolunt, despiciunt. Sciens ergo et prudens in flammam mitto manum. et nihilominus qui artem istam bene et recte agnoscent, quanto plus amant, tanto magis diligentius et audius inquirunt. Ut pro obtrectatione presenti qua me indesinenter aemuli laniant, hoc multi refutant mea, sed satis quam plurimi sunt qui in hac arte non se constringunt, sed sunt quod graeci ΤΡΜΥΝΤ dicunt, ut puta aliquos plus odire quam amare, qui de ea ualde triumphare potuerint, et postea semper gaudere et laetari. Discant igitur obtrectatores mei recipere quod inantea in sublimitate receperunt et interpretatione quoque mea nequaquam despiciant sequitur. discant obtrectatores mei recipere quod inantea reuocabuntur. Cumque iam ad hanc artem aliqui conuolare se uiderint et initiauerit praecceptor quod ars ista sibi initium sumit ↘ AB. aliqui contristant eo quod timent, alij gaudent eo quod amant. sed cum iam ad medietatem se conscendere uiderint, tunc qui prius contristabantur gaudent, sicut dicitur. Non laudatur initium sed finis. sunt igitur aliqui qui dimittunt ad tertiam partem, aliqui tamen ad medietatem et sunt plurimi qui non dimittunt nisi ubi in fine dicitur PLATEOLA. Et cum iam adiuuante domino xpo remeauerint ad portum, tunc iam indesinenter uolunt dimittere quod per totum anni spacium laborare uisi sunt. bene haec deante initium sumit eo quod nota aspiratio creditur. Ideo non adnumeratur ipsa cum litteris eo quod dicitur nota ut homo quomodo littera ut mihi quae ut duabus syllabis significare uidetur. Recte duabus syllabis quae typum tenet in illius persona qui eas composuit demonstrat. cum hoc industrius expressum. Nihil sapientia melius, nihil prudentia dulcius, nihil scientia suauius. obtrectant mihi homines plurimi qui artem istam non agnoscent et qualis sit eius effectus nesciunt. Sustineamus etenim malis ut perfecti fieri possimus. Nihil enim mihi nocet aliorum lingua si mea non maculat conscientia.

HIC EST DICTATVS PER QVEM PRAECEPTOR VELOCISSIMO EXCEPTORE INCREPARE POTEST.

*Sanctus*¹⁾ *sator* *suffragator* *legis*²⁾ *lator* *largus* *dator* *Iure* *paulus* *his*³⁾ *qui* *potens*. *Nunc* *in* *aethra* *firma* *pebra*. *a* *quo* *creta* *cuncta* *freta*. *quia* *prustra*⁴⁾ *ferunt*^{4a)} *frustra*⁵⁾. *quando* *celus*⁶⁾ *currit* *velox*. *ei* *us* *nomen* *crescit*⁷⁾ *lumen*. *simul* *solum* *super*⁸⁾ *polum*. *praece*⁹⁾ *posco*. *pro* *ignosco*¹⁰⁾. *et* *hiacra*¹¹⁾ *thetra*¹²⁾ *iacta* *trudit* *thetra*¹³⁾. *tua* *creta*¹⁴⁾. *qui* *capisse* *et* *fecisse*¹⁵⁾. *in* *haec* *saxa* *sarcenissa*¹⁶⁾. *Crispo*¹⁷⁾ *umbo* *meo* *lumbo*. *sethutathra* *cedit* *latra*¹⁸⁾. *mox* *jumenta*. *fraudolenta*¹⁹⁾ *pater* *parma*. *procul* *arma*. *archeusthe* *atechuste*²⁰⁾. *catapulta*. *cedit*²¹⁾ *multa*. *admit* *ultrix*²²⁾. *atque* *nutrix*. *fulcit*²³⁾ *manus*. *meat*²⁴⁾ *sanus*. *cordare* *pro* *eo*. *quies* *eo*. *qui* *his* *leo* *Xristus* *theo*²⁵⁾. *dicam* *de* *gratis*²⁶⁾ *geo*²⁷⁾. *sum* *ab* *eo* *reathe*. *radit* *re*²⁸⁾. **MODO RECOCGNOSCAT INDOCTVS NOTARIVS PER HOC DICTATVM MAGISTRVM SVVM QVIA ADHVOC DISCIPLVVS EIVS EST** † —. ζ^a \mathcal{M}^2 [*i. e. hic est praeceptor meus*].

III. IN NOMINE DEI SVMMI INCIPIVNT NOTAE SENECAE ET CYCERONIS GRAMMATICORVM SECVNDVM TRADITIONE² TVLLII HAEC ENIM ARS INSATIABILIS EST ILLIS QVI VOLVNT VELOCITER CVRSIMQVE AB ALIIS ARTIBVS MORE SCRIBENDI EXCIPERE.

- IV. a) fol. 5^a—6^b (*AB* — *quodam*) = tab. 1, 1—3, 20 (I);
 b) fol. 7^a—8^b (*quas* — *coniccit*) = tab. 9, 43—12, 45 (III);
 c) fol. 9^a—16^b (*immanis* — *conclavis*) = tab. 38, 11—50, 88 (IV);
 d) fol. 17^a—19^b (*dumeta* — *nefela*) = tab. 105, 52—109, 32 (VIII);
 e) fol. 20^a—22^b (*pruriginosum* — *cetra*) = tab. 111, 83—115, 59 (IX);
 f) fol. 23^a—29^b (*claustrum* — *archangelus*) = tab. 50, 89—60, 17 (V);
 g) fol. 30^a—30^b (*Q. Scuola* — *Damascum*) = tab. 118, 33—119, 51 (XI);
 h) fol. 31^a—32^b (*postolaticius* — *ignobilitas cognitorum*) = tab. 4, 84—7, 72^d (II);
 i) fol. 33^a—33^b (*SUPER NOTAS* — *Capharnaum*) = tab. 119, 11—120, 23; [notae tab. 119, 11—51 (*SUPER NOTAS* — *Damascum*) bis (*GG'*) in hoc codice adsunt ab eodem librario scriptae; tum sequuntur solo in *G'* (*Niniue* — *Capharnaum*) = tab. 119, 52—120, 23, (*Bethlem* — *Andreas*) = tab. 120, 23^{a-m}] (XII);
 k) fol. 34^a—41^b (*martyr* — *sonorum*) = tab. 60, 18—72, 32 (VI);
 l) fol. 42^a—49^b (*gigans* — *in pampinum*) = tab. 94, 20—105, 51 (VII);
 m) fol. 50^a—50^b (*Cetreius* — *Labienus*) = tab. 115, 60—116, 90 (X);
 n) fol. 51^a (*Judith* — *Hic finem faciunt notae*) = tab. 128, 3—65 (XIII). V. Ko I § 343 p. 304 sqq. *Beitr.* p. 245 sqq.

11. Parisiensis 8780 (*H*) saec. IX—X, olim ecclesiae cathedralis Remensis sive Sancti Remigii.

Insunt:

- a) fol. 1—48^a (*Adfuit* — *placiola*) = tab. 66, 32—120, 78;
 b) fol. 48^a—48^b (*HIDUMEA* — *rachel*) = tab. 129, 1—60. V. Ko I § 341 p. 303: *Beitr.* p. 250.

12. Leidensis Vossianus Lat. O 94, (*L*¹) saec. IX—X.

Insunt notae ad rectum ordinem a me redactae:

- a) fol. 18^a—23^b (*De*[*fuit*] — *Vobiscum*) = tab. 4, 91—9, 57;
 b) fol. 1^a—8^b ([*Tot*] — *Hic non solct*) = tab. 10, 25—16, 43;
 c) fol. 9^a—16^b (*ROMA* — [*Obligat*]) = tab. 23, 83—29, 81;
 d) fol. 17 (*Legarius* — *In*[*uitat*]) = tab. 29, 82—30, 31;
 e) fol. 24 (*Sub*[*ornat*] — *Scruilius*) = tab. 33, 90—34, 49;
 f) fol. 25^a—32^b (*Cras* — *Heuresis*) = tab. 44, 84—51, 22;
 g) fol. 41^a—48^b (*SVBTILIS* — *Castor*) = tab. 51, 23—55, 91;
 h) fol. 49^a—56^b (*Pollux* — *Super uersa milia*) = tab. 55, 92—61, 90^a;
 i) fol. 33^a—40^b (*Frigus* — *Historiografus*) = tab. 69, 35—76, 18;
 k) fol. 73^a—82^b (*Liber* — *PVTEOLI*) = tab. 76, 19—83, 72;

1) V. Mone (*M*), *Lat. Hymnen des MA I* p. 365, n. 269 et Müllenhof-Scherer (*M-S*). *Denkmäler Deutscher Poesie und Prosa*² p. 525 (LXI): Sanctus] Sancte *M*. *M-S* 2) legum 3) paulus his] pollens es 4) quia prustra] quae aplustra 4^a) verrunt *M-S* 5) flustra 6) celox 7) nomen crescit] numen crevit 8) supra 9) Prece 10) pro ignosco] prout nosco. *Post ignosco in Par. exciderunt verba: coeliarche* (Caeliaree *M-S*) *Christe parce* 11) piacla 12) dira 13) trude tetra 14) cetra 15) qui capisse et fecisse] quae capesco (capesso *M-S*) et facesso 16) in hac saxa sarcenissa] in hoc sexu sarei nexu 17) *Christe* (*Christi M-S*) 18) sethutathra cedit latra] sis (sit *M-S*) ut atro cedat latro 19) jumenta fraudolenta] sugmento fraudulento 20) archeusthe atechuste] arce hostis ut e costis. *Post atechuste in Par. exciderunt verba: immo* (imo *M-S*) *corde sine sorde* || tunc deinceps trux et anceps 21) cedat 22) *Almit ultrix*] *Alma tutrix* 23) fulci 24) meat] mi ut 25) cordare — theo] corde reo prout queo. *Christo θεῶ* (theo *M-S*), qui est leo 26) grates 27) meo *M-S*; sed geo dictum pro ego, sicut *Rigereeo Delislv recte interpretatus est* *Corrigere, v. Instruction etc. Littérature latine et histoire du Moyen-âge, Paris 1890 p. 7* 28) sum ab eo reathe. radit re] sicque beo me ab eo *M*; *M-S in adn. ad v. 28*

- l) fol. 65^a—72^b (*PVTEOLI — Basiolum*) = tab. 83, 72 — 88, 64;
 m) fol. 57^a—64^b (*Tinctini — Fremitus*) = tab. 88, 65 — 93, 81;
 n) fol. 83^a—90^b (*Fragor — Sigmtarius*) = tab. 93, 82 — 99, 6;
 o) fol. 91^a—98^b (*Cultus — Pastinaca*) = tab. 99, 7 — 104, 21;
 p) fol. 99^a—105^b (*Hortus — [Vacca]*) = tab. 104, 22 — 108, 53 (inter foll. 105 et 106 unum fol. exsectum est continens notas *Scrofa — Lumbricus* = tab. 108, 54 — 109, 15);
 q) fol. 106^a—113^b (*[Tinca] — Putealis*) = tab. 109, 16 — 114, 13. V. *Beitr.* p. 236 sqq.

13. Leidensis Vossianus Lat. Q 93 (*L²*) fol. 1 + 17, papyrae. saec. XVII. Lacunose et subitarie descriptus est, ut nunc intellexi, ex Parisiensi *GG'*, cuius turbata notarum series servata est nonnullorumque interpretamentorum scriptiones tacite a librario emendatae. In Adnotationibus criticis et exegeticis glossas marginales *L²* adposui, reliquas partes non respexi, nisi ubi aliquantillum utilitatis praebere videbantur. V. *Beitr.* p. 239.

14. Londinensis, Add. MS. 21, 164 (*Lo*) saec. X. Excerptas selectasque lectiones exhibere sufficere mihi videbatur. De notarum quarundam descriptionibus vel explanationibus v. infra sub 17. Plura de hoc codice v. *Beitr.* p. 256.

15. Vaticanus 3799 (*V*) 106 foll., saec. IX—X. Contextus, ut dudum vidi, adeo consentit cum Gruteriano codice in editione anni 1603 exhibito, ut et Vaticanum et illum Gruterianum ex eodem fonte fluxisse manifestum sit, non tamen Gruterianum esse apographum Vaticani. Nonnulla hic monstrat additamenta a prima vel a posteriore manu scripta.

Insunt:

- a) fol. 1^v—99^v (*AB — plateola*) = tab. 1, 1 — 120, 78;
 b) fol. 100^v—101^r (*INCP UERSUS QUĒ SCOLARII COMEATU EXPLICATUM ANTE DIĒ PASCHĒ FERĒ III IN SCOLA CANUNT*); v. idem carmen quod e *K* in libro 'Festgabe für Wilh. Crecelius', Elberf. 1881, p. 66 sqq. edidi;
 c) fol. 101^v—102^r (*ALMUS — die sabbato*) = tab. 122, 131 — tab. 123, 238;
 d) fol. 102^r (*galilea — Hic finem faciunt notas*) = tab. 123, 239^a—269;
 e) fol. 102^v—103^v (*SUPER NOTAS — Capharnaum*) = tab. 119, 11 — 120, 23;
 f) fol. 103^v—104^v (*bd'hlen — plateola*) = tab. 124, 1—149;
 g) fol. 104^v—105^r (*IOB — Hic finem faciunt notas*) = tab. 128, 1—65. Vltimas quattuor notas significantes: *Hic finem faciunt notas* praecedunt hi versus Scriptoris nomen exhibentes:

*Hoc tibi, Christe, tuus, venerande, volumen Alummus
 Optulit ex animo Bernarius placido
 Quem pie tu Iesu proprio, precor, exue nexu,
 Idque repende sibi In patris acde tui
 sicut mater consolatur filios.*

De descriptionibus quibusdam vel explanationibus notarum in *V* obviis v. infra sub 17. Propenso in me animo codicis partes contulerunt vel descripserunt meum in usum Antonius Elter, Bonnensis, Casimirus Hayn, Argentoratensis, Ludovicus Schmitz, fratris filius, Rhetius.

16. Gruteri editio a. 1603 (*Gr*) una cum priore editione *Thesauri inscriptionum* et cum Andreae Schottii editione operum Senecae rhetoris et Senecae philosophi: 'NOTAE ROMANORVM VETERVM quibus Litera verbum facit TVLLII TYRONIS Ciceronis Liberti & ANNAEI SENECAE: *Erutae nunc primum è Bibliothaphiis editaeque A IANO GRVTERO*'. De qua Gruteri editione Ko I 53—57 inter alia scribit: . . . *Semper deinde haec Tironianarum notarum collectio cum Thesauri inscriptionum prodit. Cuius licet novissima Amstelodamensis editio (a. 1707) (NOTAE TIRONIS AC SENECAE) in ceteris magni sit aestimanda, in notarum tamen collectione priores editiones multo ei praestare censemus. In hac enim notae immixtae atque in angustius spatium contractae sunt, quo commodius acri incidantur, unde minus distinctae comparent. In illis ligno incisae eadem sunt magnitudine, qua in ipsis libris manu scriptis, ideoque multo clariores. Superiorum praeterea editionum menda non modo in novissimam irrepserunt, sed etiam pluribus sunt aucta.*

Quod Koppii iudicium de altera editione (*Gr²*) omnino probo; at de priore nimis benivole iudicavit; v. *Beitr.* pp. 179. 219. 228. Vix ulla figurarum Gruterianarum ratio habenda est: adeo sunt permultae mancae ac mendosae. Codex a Grutero in editione notarum repraesentatus interiisse videtur.)*

*) Idem, ni fallor, accidit duobus codicibus olim in bibliotheca ecclesiae metropolitanae Treverensis asservatis. Quibus de libris Antonius Elter a. 1883 Roma ad me scripsit: *Cod. Vallicellanus C. 28 fol. 192 enthält einen recht interessanten Bericht des Gaspar de Northausen (zu Zeiten des Card. Baronius) über eine Hssreise in Deutschland nebst Entwurf eines Breve, um die Hss für die Vaticana zu gewinnen — verdiente übrigens gedruckt zu werden —. Dort also: Codices MM. SS. Membranacei quos è cumulo Librorum eccliae Metropolitanae Treverensis me videre meminī. Hi sunt*

7^o *Notae Senecae, Liber a capite ad calcem integer, scriptus et pictus magna accuratone, cui praeter vulgares notas accesserant etiam characteres religioni Christianae peculiares, quibus nomina Christi etc. significantur.*

5^o *Aleuini Rhetorica . . . cui identidem interspae sunt annotatiunculae descriptae per notas supradictas Res visu rara. Quorum codicum, quantum scio, Treveris quidem hodie nec vola nec vestigium. De Trithemii codice commentariorum notarum item, ut videtur, hodie deperdito v. Beitr. p. 196 sqq.*

17. Quaternio codicis Bernensis 358 (fol. 30 — 37) (*B*). Cuius quaternionis notae consentiunt cum nostra hac editione a tab. 1, 1 ad tab. 16, 4, i. e. a praepositione *AB* usque ad *Bio* syllabam. Notae tachygraphicae in solo folio 30 ad interpretamenta *AB — Siforte* = tab. 1, 1 — 88 adscriptae sunt, reliquae paginae nihil exhibent nisi interpretamenta. Notis autem et interpretamentis foliorum 30, 31, 32, i. e. a nota *AB* usque ad *Paedagogiarium* = tab. 1, 1 — 6, 35, descriptio vel explanatio haud ubique recta figurae sive partium uniuscuiusque signi tachygraphici addita est, velut *AB quid diversum, Ad quam pressum, Con e inversum, De di uolutum, Di de dimidium, Dis di is is, Ex ad is pressum* cet., in quibus explicationibus *is* syllaba significat lineolam acute exeuntem, *is is* longiorem lineam acuminatam, *pressum* lineolam obtusam; reliquae descriptiones vel explanationes per se facile intelleguntur. Exhibui has descriptiones vel explicationes huius quaternionis cum consimilibus, at numero paucioribus in *GeLoV* obviis in adnotationibus criticis et exegeticis ad tab. 1 — 6 sub II. De toto codice Bernensi 358 disputavi in *Panstenographici* tom. I p. 195 sqq.

18. Bruxellense fragmentum 9311 (*Brfr*) saec. IX — X. Singularem exhibet notarum ordinem. Insunt:

- a) fol. 1^r (*nabuchodonosor — satan*) = tab. 130, 1 — 111;
- b) fol. 1^v (*ADAM — galilea*) = tab. 131, 1 — 123;
- c) fol. 2^r (*galgala — rafael*) = tab. 132, 124 — 181;
- d) fol. 2^v α) (*Clemens — vir magnificentissimus*) = tab. 59, 50 — 67;
β) (*vir inlustris, inlustris vir, virorum inlustrium*) = tab. 59, 72, 72^a, 73^a;
γ) (*bona fama — aduersus ipsum*) = tab. 60, 9 — 13;
δ) (*pro ipsum — propter memet ipsum*) = tab. 60, 13^{a-g};
ε) tab. 60, 45^a, 46, 48 — 54, 59, 61, 63, 64, 64^a, 64^{aa}, 64^b, 65, 66^{a-c}; 76, 77, 78, 78^{a-y}.

De *Brfr* egi in programme gymnasii Imperatorii Guilelmiani Coloniensis a. 1881 p. 7 sqq.

19. Guelferbytanum fragmentum (*Gufr*) saec. IX.

Insunt adrasae aut erasae aut integrae hae notae:

- a) pag. 1 col. 1 (*Laccedaemon — mundum*) = tab. 100, 96 — 101, 12;
- b) - 1 - 2 exhibet nunc fragmina signorum tachygraphicorum ad *Seruiolum Scammum Cathedra — Obtistrotum* interpretamenta pertinentium = tab. 101, 20, 21, 23 — 28;
- c) - 2 - 2 interpretamenta monstrat admodum rasa notarumque resectarum reliquias *fax — cineraria* = tab. 101, 90 — 102, 14;
- d) - 3 - 1 insunt (*Palaestridis — Acteon*) notae = tab. 107, 91 — 108, 8;
- e) - 3 - 2 (*Acteonieis — Aprunculus*) = tab. 108, 9 — 26;
- f) - 4 et notarum signa et interpretamenta valde rasa sunt; col. 1 (*Apruna — Bus*) = tab. 108, 27 — 49;
- g) - 4 col. 2 (*Babus — Dammula*) = tab. 108, 50 — 74.

De *Gufr* dixi *Beitr.* p. 188 sqq. Certae codicum classi adnumerari nequit.

20. Vulcanii fragmentum (*Vu*).

Insunt ex commentariorum notarum codice nunc deperdito saec. IX:

- a) Vulcan. p. 22, 23 (*super — sique*) = tab. 1, 38 — 77;
- b) - p. 24, 25 (*A — he*) = tab. 16, 54 — 61;
- c) - p. 26 (*uertit, euertit*) = tab. 27, 95, 96;
- d) - p. 26 (*purpora — purporcus*) = tab. 36, 28 — 31;
- e) - p. 27 — 29 (*potestas — diuus antoninus*) = tab. 38, 71 — 39, 31;
- f) - p. 30 (*PVTEOLI — priuis*) = tab. 83, 72 — 90.

De duobus *Commentariolis* anonymis a Bonaventura Vulcanio editis deque Vulcanii codice commentariorum notarum tironianarum disputavi in Ricardi Pickii *Monatsschrift*, IV p. 578 sqq.

Omnes hi codices *KA GeGo GuA¹CEFGG' HLL¹LoV GrBVu*, ut recte contendit Zangemeister, ex archetypo primordiis aevi Karolini conscripto provenerunt. Sed pro distinctione aut sex aut septem commentariorum et pro diversa capitulorum circumscriptione quinque classes horum codicum dispertiendae sunt.

Quarum prima complectitur *KA Gu*; secunda *L¹VGG'Gr*; tertia *GoAEH*; quarta *FVu*; quinta *GeLoCB*; de singulis rerum rationibus v. *Beitr.* p. 198, 281 sqq. et Pickii *Monatsschrift* IV p. 584.

II.

DE ORIGINE ET COMPOSITIONE COMMENTARIORVM
NOTARVM TIRONIANARVM.

K codicem in adornanda hac editione secutus VI commentarios notarum exhibui itemque singula commentariorum capitula ex *K* enotavi. Quarum circumscriptionum et subdivisionum quatenus differentiae in reliquis codicibus obviae sint, singillatim in libro a me conscripto *Beitr.* pp. 199. 220. 251 sqq. et in adnotationibus criticis et exegeticis huius editionis suis locis indicavi neque attinet hic repetere. Totam autem notarum collectionem non solum primo paene obtutu conspicuum, sed etiam expresso ac fide digno testimonio traditum est diversis temporibus exortam esse: *Vulgares notas*, scribit Suetonius (cf. ed. Reiffersch. p. 135), *Ennius**) *primus mille et centum invenit. notarum usus erat, ut quidquid pro contione aut in iudiciis diceretur librarii scriberent simul astantes divisim inter se partibus quot quisque verba et quo ordine exciperet. Romae primus Tullius Tiro Ciceronis libertus commentatus est notas sed tantum praepositionum. post eum Vipsanius Philargyrus et Aquila libertus Maecenatis alias addiderunt. denique Seneca contracto omnium digesto et aucto numero opus effecit in quinque milia.*

Ex his verbis ea, quae ad Ennium pertinent, si strictius interpretari licet, concludi posse videtur Rudinum vatem domesticae vel Graecae tachygraphiae iam peritum (cf. Deecke, *Mus. Rhen.* 36 (1881) p. 577), MC signa tachygraphica excogitavisse, antequam anno 204 a. Chr. e Sardinia Romam a Catone deduceretur. Romae enim legimus primum Tironem notas sive commentum sive commentatum esse (ntrumque ad idem redit; nempe notarum commenta commentario illustravisse Tiro putandus est), 'sed tantum praepositionum'. Quod auctarium a Tirone factum res ipsa flagitat, ut pertinuisse credamus non solum ad sex illas praepositiones 'loquellares' quae sunt *an con di dis re se*, itemque ad 'casuales' *ad ante cet.*, verum etiam ad permulta vocabula composita, substantiva dico, adiectiva, verba, adverbia, quibus aut loquellares illae aut casuales praepositiones sunt praefixae. Vnde facile aestimari potest, quantus re vera notarum numerus Tirone auctore Enniano illis MC inventis succreverit. V. *Beitr.* p. 213. *Ennius****) igitur et Tironem veros fundatores et primos inventores harum fuisse notarum hodieque eo magis concredo, quod, ut dudum *Beitr.* p. 212 iam dixi, cum horum duovirorum aetatibus et \downarrow litterae tironianae $\delta\zeta\upsilon\gamma\omega\nu\delta\tau\eta\varsigma$ et Y elementi inter notas absentia concinit; praeterea Ciceronis et Caesaris tempus redolent et notae *Quousque tandem abutere, Catilina, patientia nostra* (tab. 39, 66), *stipulatione Aquiliana, stipulatione Aquiliana subnexa* (tab. 67, 33. 34) et permulta eorum nominum, quae tab. 114, 63 — 119, 10 congesta leguntur, velut *Atticus, Ambiorix, Cato, Cicero* cet.; neque improbabiler Zangemeister l. l. p. 34 coniecit, fortasse non casu factum esse ut geographicorum illorum nominum series in tab. 88, 72 incipiat a nota *PVTEOLI*, apud quam urbem, Hieronymo teste (chronic. a. 2013), Tiro degit: *M. Tullius Tiro, Ciceronis libertus, qui primus notas commentus est, in Puteolano praedio usque ad centesimum annum consenscit.* Tironis autem aetate Plutarchi verba (Cat. 23): ... *τότε πρότον εἰς ἕχρος τι καταστῆναι λέγουσιν*, satis indicant imperfectam fuisse notis excipiendi artem. Itaque Ennii Tironisque vestigia secuti Vipsanius Philargyrus sive Philargyrius, Agrippae libertus, et Aquila, Maecenatis libertus, alius alias notas addiderunt laterculis a duoviris illis confectis. Denique Seneca, ut ego contendi (v. *Beitr.* p. 192. 233) atque contendo, philosophus († 65 p. Chr.), contractu omnium notarum digestuque et aucto numero opus complectens quinque milia notarum suo quidem tempore ad finem quendam perduxit. Singillatim hodie distingui nequit, quaenam notae his viris adtribuendae sint; at sagacissime cognovit recteque contendit Zangemeister l. l. p. 31 laterculum illum geographicum qui est a tab. 86, 80 ad tab. 87, 80 (*Aedius — Obsedatus campester*) enumerans trium Galliarum gentes et locos principales primis Imperatorum Romanorum temporibus confectum esse, medio autem aevo, intra V et IX saeculum multifariam auctum atque mutatum. Redeunt fortasse, quoad originem, ad Philargyrum, Aquilam, Senecam permultae notae commentariorum non interpolatae, repraesentantes usitatissima vocabula, quae et quatenus neque ab Ennio neque a Tirone iam exhibita erant, substantiva dico, adiectiva, verba, adverbia, veluti aut integri aut ex parte illi laterculi qui pertinent ad Romam, Romulum, Remum, populum plebemque Romanam (tab. 23, 83 — 99: *ROMA — de plebe Romana*), ad cognationis gradus (33, 21 — 57: *pater — noverealis*), ad honores (36, 28 — 37, 14: *PVRPVRRA — excandescit*; 57, 47 — 54: *curio — centumviralis*); ad rem militarem (45, 27 — 46, 17: *exercitus — tropaeophorum*); 'ad urbem, orbem (52, 87 — 53, 3: *urbs — orbis totus terrarum*); ad res sacrales (55, 16 — 28: *sacer — pontifex maximus*; 55, 62 — 56, 4: *flamen — antistes*); ad mythologiam (58, 48 — 56: *dii immortales — per deos deusque*; ibid. 71: *Libitina*; ibid. 90 — 59, 16:

*) Cur poeta, non posterior Ennius hic intellegendus sit exposui *Beitr.* p. 211 sqq.; aliter nuper iudicavit Froehde in *Fleckeseni Ann. suppl.* XVIII p. 594 (1892).

**) Immerito, opinor, Ludovicus Traube (v. *Commentat.* Woelfflin. p. 201) soli Tirone primam notarum tachygraphicarum inventionem vindicat. Vnde tandem sive apud Isidorum sive in *K* certa haec atque distincta Ennii memoria?

Tantalus — Cerberus; ibid. 30. 31. 34. 35: *Cocytus. Scylla. tartarum. tartareum*; 81, 64 — 82, 8: *Iovis — Arpocrates*; 83, 5 — 15; *Neptunus — sistrum*; 106, 1 — 11. 14. 21. 25. 28. 31. 36: *Lucaeus — flyrsas. naucius. Pan. satyrus. Silenus. Silvanus. Sirenes*; ad numeros (61, 4 — 90: *sencl — mille milia*); ad calendarium (62, 17 — 63, 17: *annus — idus sextiles*); ad rem frumentariam (68, 4 — 84: *FRUMENTVM — praeerat*); ad caelum, lunam, diem noctemque, anni tempora (68, 75 — 69, 74: *caelum — opacum*); ad rem poeticam et graphicam (76, 10 — 50: *poeta — diplomum*); ad metalla et arma (77, 13 — 76: *AVRVM — arcus et sagitta*); ad rem imaginariam, comicam, tragicam, corporis humani partes (78, 9 — 79, 45: *imago — pes*); ad geographiam (83, 72 — 86 — 79: *PVTEOLI — Idcae*; 87, 81 — 89, 16: *CONSTVRGLIS — litoralis*); ad mensuras et pondera (90, 42 — 55: *cyathus — amphora*); ad rem vestiariam (97, 3 — 98, 65: *PLAETENTA — phrixianum*); ad aromata et medicamenta (98, 68 — 100: *cinamum — myrrha*); ad ornamenta (99, 34 — 100, 2: *calcius — succineum*); ad rem architectonicam et supellectilem (100, 3 — 102, 55: *paries — scutella*); ad edendum cibosque (102, 82 — 103, 82: *edit — ungella*); ad herbas, fructus, arbores (104, 17 — 105, 81: *jabalum — canulla*); ad theatrum, rem musicam, ludicram, agonicam (106, 37 — 108, 17: *PLODIT — agonithetes*); ad animalia (108, 18 — 109, 62: *leo — formica*); ad rem navalem et maritimam (109, 63 — 111, 4: *NAVIS — Adriaticum mare*); ad rem medicam et morbos (111, 5 — 112, 40: *medicus — tuberosum*); ad rem vehiculariam (112, 41 — 91: *ionentum — mangonizat*); ad pisces et angues (112, 92 — 113, 30: *piscis — chimacra*); ad flumina, balnea, thecas (113, 82 — 114, 47: *Renum — narthecium*); ad rem metricam (114, 48 — 62: *hexameter — palimbaechius*).

Imperatorum autem seriem (38, 62 — 39, 31) pertinentem ab imperatore Caesare ad divum Antoninum nemo non videt sub M. Aurelio Antonino philosopho collectioni insertam esse. Koppius iam scripsit I § 44 p. 39: *Inter eos, qui notus congessere, quemdam sub Antonino Pio, medio igitur saeculo secundo, vixisse, continua imperatorum Romanorum ab Augusto usque ad Antoninum series, collectioni (64) inserta, satis docet: id quod ante nos alii iam viderunt. Recte idem adiecit: Sed praeter hunc alios etiam ejusdem operi congerendi fuisse auctores constat, tum quod plura ei insint Antonini aetate recentiora, tum quod unum idemque vocabulum diverso saepius modo notatur* cet. Merito autem Zangemeister l. l. p. 35 coniecit post hanc Imperatorum seriem antiquis quidem temporibus nullum additamentum ad notarum collectionem accessisse. Etenim nullus post M. Aurelium Antoninum notatur Imperator. Insequentibus deinde temporibus i. e. et ante Constantinum et post eum notarum *Συναγωγή* valde adaucta est. *) Accuratius ut cum Zangemeistero l. l. rem definiam atque circumscribam, saeculo tertio sanctus Cyprianus († 258) notarum collectioni multa vocabula adiecit Christianorum usibus necessaria, v. *Beitr.* pp. 195. 226. Fortasse ei debentur antiquiores quidam laterculi antiquioribus collectionis partibus inserti, velut tab. 55, 29 — 55: *episcopus — diabobus*, vel tab. 60, 14 — 44: *apostolus — fossarius*, quibus non solum concedendum erit, sed in propatulo est complures notas intersertas esse demum posterioribus temporibus; *Alarix, Alamannus, Francus* (tabb. 115, 17. 20; 116, 33), *agentem in rebus* (28, 85) notarum origo, item titulorum series (59, 58 — 83: *vir sublimen — amplissimorum virorum*) ad quartum quintumve p. Chr. saeculum videntur pertinere: paucae notae originitus quinto, sexto, septimo saeculis tribuendae sunt, longe autem plurimae, ut tabb. 119 — 129 indicant, Karolinorum aetati, post cuius decursum notae tironianae desitae sunt adhiberi.

Totam autem Collectionem si respicimus, sicut in conquaternatis capitulis sive in tetradibus capitum notarum Bernensium iam monstravi Panstenogr. I p. 201, eodem modo apparet in permultis commentariorum partibus hanc legem valere collocandi ordinandique notas, ut eae voces inter se congregentur, quae aut etymologia re vera inter se cognatae sunt, aut notariis cognatae esse videbantur, aut quae symphonia quadam sive concentu aut synonymia coniunctae sunt aut sua significatione ad idem rerum, actionum, proprietatum sive idiomatum genus pertinent aut spontanea quadam idearum consociatione venire in mentem solent.

De scribendi modo in notis adhibito deque explicandis notarum figuris et partibus alio tempore disseram in Lexico tironiano post Koppium denuo a me condendo. Vnum iam hoc loco adiciendum videtur. Nuper assertum esse video, tironianam scripturam non ex maiusculis litteris (ut ego contendi), sed ex cursiva Romanorum scriptura originem traxisse. At cursiva illa nome et ipsa per multiplices variosque gradus modosque ex maiuscula litteratura provenit? Satis habeo ea hic repetere quae dixi in oratione de Romanorum tachygraphia ad conventum philologorum Treverensem a. 1879 habita: *Zum Zwecke der Schnellschrift war es aber nöthig, dass die grossen Buchstaben nicht vollständig blieben, sondern verändert und vereinfacht wurden. Ich veranschauliche Ihnen diese Modificationen an einigen Beispielen:*

Λ oder / oder \ oder b = A: 3 oder 3 oder ∪ oder mit Verbindungslinien 3, 3' = B: ∩ = D: √ = E; Λ oder / = F; < = K; ¶ = T; ~ = R; ∞ = M u. s. w.

Concedendum est ad *ch* aspiratam tachygraphice exarandam e Graecorum alphabeto X litteram sive integram sive ex parte (\ /) a notariis ascitam esse: v. Ko I §§ 145. 146 p. 122. 123. II 409.

*) Constantinopolis nota in solo L¹ exhibita est: v. tab. 85, 4^a.

III.

ADNOTATIONES CRITICAE ET EXEGETICAE AD
COMMENTARIOS NOTARVM TIRONIANARVM.

† IN XPI NOMINE INCIPNT NOTAE SENECAE K; AUXILIANTE || DÑO INEPIUNT NOTAE SEN CAE FEL; CITER · AMEN || Cum nichil vtilius || liber notaru senecae mgr¹ A; INCIPIUNT NOTAE SENECAE (*superscripta sunt verba*: NOTAE IURIS) Go; IN XPI NOMINE INEPIVN NOTAE SENECAE Gu; IN NOMINE DI SVMI || INCIPIVNT NOTAE SENICAE · (SENECAE ET G) CYCERONIS || GRAMATICI · (GRAMMATICORVM G) SECVNDVM TRADITIONEM || TVLLII · HIC EST || ARS · INSACIABILIS (HAEC ENIM ARS INSATIABILIS EST G) || AD EOS (ILLIS G) QVI VOLVERINT (VOLVNT G) EM VELOCI || TATE FACERE · (VELOCITER CVRSIMQVE AB IPSA ALIIS ARTIBVS MORE SCRIBENDI EXCIPER G) DICTA · SVOS · UTOLIA QUAEQ · NOTARE · V; INCIPIVNT NOTAE SENECAE Lo; NOTAE TYRONIS AC SENECAE Gr (— TIRONIS — Gr²).

Ad tab. 1.

I. DISCREPANTIA LECTIONIS. NOTAE POST ADDITAE. GLOSSAE ALIAQVE EXEGETICA. 1] absens Kgl 1—7] 1. 4. 5. 6. 7. 2. 3 VGr 2—26] *Harum notarum 1m in C fere detrita est; a recentiore m. notae superscriptae* 5] praepositio . e . disiunctiva Kgl 8] *Notae figuram a Sichelio e Go enotatam ego non vidi aut praetermisi, v. Das Lex. tir. der Göttw. Stiftsbibl. p. 15* 9] propter Kgl 21] numquid Kgl 23^a] GoGuCVGr 25^{a, b}] GoGu; G a2m 27. 28] ab. C 28] iuxta Kgl 29] plus minus uel prope Kgl 29^{a, b}] circulus circellus GoGuCGVGr; circulum circuitum K a2m; circulum circellum GeE 30] utrum Kgl 30—43] *in C interpretamenta a rec. m. superscripta* 31] et. ā. (i. e. etiam) autem Kgl; Ko I 227 conicit au 34] nutrit Kgl 36] tantisper Kgl; videtur pertinere ad 36^a 36^a] GeGoGuEG(V post add.) Gr.; ab. C 37^a] G(V post add.) 42] suptr Gu 46] adque GeCEVu; ideo . adquin Kgl 54] sicut . quod quasi Kgl 57] quamquam et scilicet Kgl 61^a] GoGu; V post add.; quid sit nescio, cum etiam num et etiam nunc statim subsequantur 62] etiam Vu 64^a] GoGuG; V post add. 76] aequum K a2m ex aecum 1m; aequalem . rationalem Kgl; aequum GeGoGuE; ecum VGr; in C interpret. evanidum; aetcum Vu 73. 74] iniquum, periniquum GeGoGuG; in C 73—90 notae ipsae a rec. m. superscriptae, at interpret. fere tota evanuerunt 77] si//q: A; sicque . VGrKo; estne siquae? 77. 78] Ge desunt interpret. 81] li VGr 83] Siccine Gr²

IIA. DESCRIPTIONES VEL EXPLANATIONES NOTARVM IN BGeLo: 1] quid diuersum (in Ge hace descriptio ressecta) 2] quam pressum 3] e inuersum 4] di uolutum 5] de dimidium 6] di is is 7] ad is pressum 8] i latinum (item V).

II B. DESCRIPTIONES VEL EXPLANATIONES NOTARVM IN BGeV: 9] ó lone (i. e. longum) B; o longum Ge; o sursum V 10] posuit pressum 11] it add is B; it ad is Ge; it ad V 12] it in is; it in V 13] r dimidium 14] si agutum B; si acutum GeV.

II C. DESCRIPTIONES VEL EXPLANATIONES NOTARVM IN BV: 15] si . u . is; si u V 16] & p̄τ (i. e. punctum) post speciem; & post pedem V 17] in circum agutum; in circum V 18] in iac& super; iacet in subter V 19] iacet . ad . iacet is; nes pressum V 20] ne . iac& is; nis pressum V 21] iac& ne is; iacet ne V 22] is . titul (i. e. titulus sive lineola obliqua T litteram significans; is titula V) per n̄τ i. e. notam (p notā V) 23] is uerus per notam 23^a] is . iudicis per notam B 24] titulo (v. ad 22) in is; titula in V 25] & . is per notam B 26] sub se is; sub se V 27] c. a dente; co pronum V 28] circum a is; circum a V 29] circum u is (sine is V) 29^a] circum lis V 29^b] circiter lis V 30] ad quis dis; ad quid V 31] quid ad dis; quid ad V recte 32] ex ad dis; neq̄ d ē V 33] nescio titulo tangit; nesc̄e tangit V 34] al is; alis nutrit V 35] & . u . is; & u V recte 36] in . u . is; in u V recte 36^a] inter . im . ante B 37] pre . u . is; sine is V recte 38] se punt (punctū V) super 39] inter se is puntum . super; inter se . super V 40] do . se . is puntum super; do se . super V 41] ex . se . is (sine is V) ad . super 42] sc̄io . u . is (sine is V recte) 43] alius alius^(agiu) (estne uel agi²); alius alius V 44] a . ne . cis; V nihil nisi nece recte 45] ne . ab . is (sine is V) 46] ad quis is (sine is V) 47] si uolutū (i. e. uolutum, v. 4); se uolutum V 48] sed . inclin (i. e. inclinatum); f̄oinclinū V 49] sed . u . is (sine is V) 50] sed . isis (semel is) V 51] ex . quam . is; nescio acutum V 52] in . quam . is (sine is V) 53] quam puntum (· V) super 54] quam . titulo super; quam es super V 55] & . puntum a pede; & . ad pedem V 56] ue . puntum . a pet (pro pede); uerus iacet . subtus V 57] titulo (-la V) quam . is (sine is V) 58] sed . & iam . is (sine is V) 59] sed . titulo a pede (titl ad pede V) 60] & iam quam ante. 61] titulo . se . dimissum; iac& se dimissum (pro demissum) V 62] & iam num tangit 63] & iam nunc tangit 64] & iam ne tangit 65] & . titulo a pede; & titl ad pd V 66] ad . titulo a pede; ad titula ad p̄ V 67] si . titulo a pede; si tuī (pro si titula) ad pd V 68] . c . excussum; uest . acutum V 69] cum . titulo (titl V) super 70] a . isis (semel is V) 71] me . isis (semel is V) 72] si . isis; se is V 73] iac& . isis (semel is V) 74] per . isis (semel is V) 75] quid . quis is; quisquis V 76] do . ab . is; de quis V 77] si . quis . is (sine is V) 78] uerus . in is (sine is V recte) 79] me . in . is; mis pressum V 80] ut . in is; sine is V recte 81] in . i . pusillum (sine pusillum V) ad aurem 82] si . latum . is; si es V 83] si . num is (sine is V recte) 84] se pressum 85] si . titulo (tl V) subtus 86] sed . ut . titulo (tl V) subtus 87] in . i . pussillum (sine pussillum V) a facie (ad faciem V) 88] si . titulo a facie; (tl ad f̄ V 89] fol. 30^o B;

hinc notae ipsae desunt; adsunt solae interpretationes ac descriptiones notarum. — titulo . se pressum; iacet si V 90] &si . titulo a facie; iacet si t̄ ad f̄ V 91] quam si super 92] quam . si per caput (per notam V) 93] ni . se . pressum 94] nisi . titulo super; ni se p̄sum t̄ ad f̄ V 95] nis . se . pressum; nisi V

Ad tab. 2.

I. 4^a] G a2m 20] velud A 27] igitur vel deinde Kgl 28] circa vel iuxta Kgl 30] in GoGr titulae punctum in adverso latere 33^a] GeGoGuVGr 37] adq; ideo Kgl; atquin GoGu 38] potius . magis vel quodsi non vel aliter Kgl 50] quam maxime Kgl 52] K a2m, E 56^a] G a2m 60] item L² in contextu, at in marg. veritatis 61] AGoGu e. titulae puncto sub T elemento 65] post 65 in L² vero 66] verum enim vero VGr²L² 67] reverat AE; Gu a1m; revera Gu a2m 67^a] K a2m; AGeGoGuG VGr 74^a] A 75^a] post 75 in E (notas ipsas r. in tab. 2): ego dixi, ego enim dixi, ego sum, ego enim sum 76^a] post 76 in C; ego enim (corrige: ego iudicis); post 76 in GoGuV: ego enim autem, ego dixi (= 75^a), ego enim dixi, ego sum, ego enim sum; post 76 in G: ego enim autem; praeterea in margine: ego dixi, ego enim dixi, ego sum, ego enim sum 78^a] post 78 in G: dico autem, dico enim autem 89^a] GoGuGGr 90] omnimodis VGr 99^a] AE 99^b] A 99^c] A; pro nihilo E 112^a] E

II. DESCRIPTIONES VEL EXPLANATIONES NOTARVM IN B V: 1] nisi si . titulo a facie; nisi t̄ ad f̄ V 2] nisi . titulo per pedem; nisi t̄ per notam V 3] nisi si . titulo per pedem; nissi t̄ per notam V 4] u . latinum; to V 5] titulo tu is; iacet ut V 6] ut . iac& . is (sine is V) 7] ut latum . is; ut es V 8] ut . titulo tangit; ut t̄ t̄g V 9] ua . iac& . is (sine is V) 10] atque titulo (t̄ V) tangit 11] in lis 12] inter . ne . is (sine is V recte) 13] In . quis . is (sine is V) 14] Ita verus a pede (ad pd V) 15] Ita . in . a pede (ad ped V) 16] ita . punctum a pede; ita . ad pd V 17] In . um . is; inquit V 18] In . ab . is; inquā V 19] ni . lis; ui//lit V 20] ua . um . is; ni quit (pro quid) V 21] ua . ab . is (sine is V). Hucusque pertinent descriptiones vel explanationes notarum in codice V. 22] ad . um . is 23] ad . ab . is 24] si . um . is 25] si . ab . is 26] is . ge . is 27] Iacet . uoludum 28] Iac& . a . is 29] Iam . pressum 30] re . punctum ante 31] re . um a facie 32] re . se . is 33] re . In . is 34] re . excussum 35] quando . ne . is 36] si . noster . is 37] Atquin . ad . alius . is 38] alius . // is . pressum 39] quid . u . is 40] quid . alius . is 41] quando . um . is 42] si . alius . is 43] ó uersum . quam . is 44] si . &iam . is 45] pre tantus is 46] In, tantus . is 47] pro . u . is 48] pro . tantus . is 49] quantus . u . is 50] Is . se . is 51] Presertim cū] . presertim . isis 52] cum . se . is 53] si . punctum ad // aurem 54] ne . punctum ad aurem 55] ni . punctum ad aurem 56] num punctum ad aurem 57] u . rotundum 58] uerus . ad per notam 59] uerus . lis 60] ueritas . punctum super 61] ueritas . punctum subtus 62] uerus . tate in gremio 63] uerus . tati in gremio 64] uerus . tatis in gremio 65] uerus . tatibus in gremio 66] uerus . uerus per caput 67] re . uerus super 67^a] re . uerus tangit, entia super 68] e . punctum super 69] e . & . super 70] e . ne . super 71] e . ipse (sic!) super 72] e . mo pis . super 73] e . ne . pis . super 74] e . uerus super 74^a] e . enim super (in B post 76) 75] e . uerus per caput 76] e . autem . super 77] e . iudicis super 78] e . iudicis per caput 79] titulo . ab . is 80] si . inclinatum ab is 81] di . um . is 82] di . a . is 83] con . um . is 84] se . uerus . per pedem 85] ne . um . is 86] circum uoludum 87] accedimif quam explicationem non intellego 88] acci . a . is; acci istud quid velit nescio 89] acci . um . is 90] omnimodis^{oait} acci . mo . a pede (acci igitur expunctum est) 91] omnib; modif .] acci . rebus is 92] acci . re latum . is 93] omnino . rebus . is 94] Ros . um . is 95] Ti . breuis . tangit 96] Si . breuis . tangit 97] uerus . breuis . tangit 98] Mo . a . gud (i . c . acutum) 99] quid . lis 100] Ni . lif 101] alius . titulo . tangit 102] alius . lif . titulo tangit 103] Si titulo tangit 104] usque titulo . tangit 105] ueritas . titulo . tangit 106] Verus . quam is . titulo . tangit 107] In . breuis . tangit 108] Ideo . titulo . tangit 109] Ipsi . titulo . tangit 110] alit . titulo . tangit 111] atur . lis 112] ni . lis 113] breuis uoludum 114] mi lif 115] me . latum is punctum post pedem 116] ó . greekum 117] presertim punctum a pede 118] ut . inuersum 119] alius punctum subtus 120] ad . ta (corrige: ad . a) . is

Ad tab. 3.

I. 1. 2] Graecia Graeca L², sed in marg. corr. Graecia Graecia 2^a. b] GuCE; G a2m 10] infidiatur, plus quam negat Kgl 11^a. b] E post 11 12] nec negat Go; gat E ex corr. a2m: necne ACG; negne Gu; neque VGr 13] K ab initio: Nec negat; sed iam 1m correxit N// negat 17] KAGUE; ab . C; quoquoq; Go; quousque GeVGr 29] quotquot GeGoGuCVGr 30] quotque GuVGr 31] quotcum GuVGr 32] quotcumque Gu 33] quodam C 36^a] C 37] quonnam E1m; quennam 2m 38] quennam GeGoGuVGr; quenam C 45^a] E 47] ecquis Gr² 52] quisquā . ullus Kgl 58^a] VGr 93] Hisdem VGr 96^a] Ge: inde de GoGuVGr 96^b] GeVGr 97] paucis Ko falso I 102, II 270

II. 1] Grega^e] grecus . a . is 2] grecus// . ia . ante 2^a] In . ia . ante 2^b] de . ia . ante 3] latum pressum . punctum super 4] con . iac& . is . punctum super 5] latum . ne . is punctum super 6] nullus . um . super 7] re . pressum 8] non . is per notam 9] ne . ge . is 10] quid . ge . is 11] do . ge . is 12] nec negat] ni . ge . is 13] nis . ge . is 14] acci . punctum a facie 15] acci . quo a facie 16] acci . u . is 17] acci . quis . is 18] acci . is . is 19] acci . titulo tangit 20] acci . punctum a pede 21—33] ab . B 34] quod . punctum^{post} a pede (sic) 35] quod . um . tangit 36] quod pressum . dam a pede: post 36 sequitur in B: Quonnam] quod pressum . dam . post . pedem 37] quis pressum . dam . a . pede 38] quis . pressum^{punctum} post . pedem 39] quis . pressum . um . tangit 40] quis . pressum . titulo tangit 41] it . ab . is 42] quis . punctum a facie 43] quis . punctum a pede 44] quis . punctum post pedem 45] quis . um . tangit 46] quis . titulo tangit 47] e . is . super 48] si . is . super 49] ne . is . super 50] ni . is . super 51] num . is . super 52] alit . is super 53] Nescio . is super 54] in . is . super 55] acci . lis 56] que punctum a pede 57] que punctum post pedem 58] que . um . tangit 59] que . cum . tangit 60] que . titulo . tangit

